

1529. a. 26. Augusti. Ea Md. archi. Stan. c. Aug. Reg.

Petrus Tomicki episcopus Cracov. et
Joanni de Tarnow Palatino, exer-
cituum regni Polonie Capitaneo Gener.

Magnifice domine frater et consanguineo Au-
rissime et honorandissime. Cum hic ad nos
cum literis Magnificentie Vestre dominus
Ortowski venisset, gravi et acerbo dolore com-
moti omnes eramus, propter infelicem et
inoperatam, quam nuntiabat insignium
virorum et militum nostrorum interne-
cium. Nunc tamen fama in meliorem
partem commutata, de qua nos certio-
res fecit, Magnifici Domini Palatini Craco-
viensis Nuntius, qui nudius tertius isthinc
a Majestate regia rediit, mirifice sumus
recreati, et in eam spem erecti, ut creda-
mus. Divina clementia operante, et ea no-
stris paucos desiderari debere, et Tartaros
ab irruptione in regnum hoc anno ab-
stinere, hic tamen si quod repentinum
malum ingeneret, ita animadverto, quod
tenuè admodum et infirmum foret pro-
sidium. Pauci sunt enim qui republicae
commoda suis privatis utilitatibus, et e-
molumentis praefere vellent, ego tamen
intellexeram ab initio infauusti Nuntii
de nostris accepti Magnificentiam ve-
stram vehementer fuisse perturbatam, pro
animi tamen ejus bonis, quae illi natura
studio fortuna data esse vido, confidebam
illam

illam, et dolorem suum, et casus istos huma-
nos, modeste humaniterque ferre, quare id il-
lius prudentia, et animo infracto commit-
tendum esse et nunc putavi. Mihi ecqui-
dem nosse praevia, quae in conventibus nostris
statuuntur, adversus tam incommodam vali-
dum, et inconstantem hostem, debilia ad-
modum et infirma videntur, De quibus am-
plian- confirmandisque, si ab hoste hae-
citate tutos nos, et liberos Deus fecerit,
referendum et consulendum in conventu
proximè futuro censerem. Nam et ego
quantum in me est opere et consilio, ad
id per quam libenter accommodare vel-
lem, neque tamen confido id commode
constitui posse, si et Majestas regia praesens
esse, et Optimates rectam et unifor-
mem sententiam tenere voluerint. Nova
quae hic vulgo circumferuntur referet
Magnificentiae vestrae Dominus Ortolan-
si, qui pro industria qua vellet omnia
hic cognovit et exploravit, posthaec ta-
men si quae erunt vitae digna per
occasionem Magnificentiae vestrae perscri-
bere curabo. Interea temporis, me illius a-
mori et benevolentiae fraternae commen-
do, quam felicissimam esse, et optimè
ac diutissimè sospitem ac incolumem ve-
hementer desidero. Datum Ravennae Vige-
sima Sexta Augusti anno Domini
MDXXIX.